

8151. A. 1782.

Decretum Explicans Tolerantiam.

Josephus Secundus &c.

Illustres, Reverend. &c. Nonsine gravi displicentiae Sensu tam ex vestris Gubernii nostri Regii Informationibus, quam etiam ex aliis, ad Nos perlatis fide dignis relationibus intelleximus benignas in Negotio Religionis exaratas ordinationes Nostras per non nullos, et inter hos etiam per Disunitos Sinistra et altissimae Intentioni Nrae Regiae, ex integro contraria Interpretatione adeo detorqueri ut ex inde variis plane abusibus introducendis, et perpetrandis ansam et Campum Sibi esse autument.

Cum autem Regia Nra ad Communem Subjectorum Nobis Populorum felicitatem atque rationabilem Libertatem tendens intentio, per actionis Apostasiae Sublationem perque interdictam omnem Solius Religionis Causa infligendam Animadversionem, et per ipsum etiam Tolerantiae Normativum eo solum directa fuerit, ut omnis Religionis Causa fienda coactio ob Sinistras ex inde enasc. Sequelas tollatur, Nullatenus autem ut animorum inconstantiae et Levitati atque arbitriis Sine Solido fundamento et reflexione, Sed propria Solum lubricitate atque Passionum ductu tentandis Religionum permutationibus fraena laxent, quod vel ex eo facile Cognosci potuisset Cum adversus illos, qui Catholicos aut Unitos ad alias Religiones Sive placidis mediis seducere Seu Coactius adstringere praesumerent observatum hucusque Legum et Ordinationum rigorem retinendum deficientibus vero a Religione Catholica Institutionem in Religiosa Domo per Sex hebdomadas impertiendum ordinaverimus.

Hinc anteriorum harum benignar. ordinationum Nostrar. ductu Nunquoque plenarie inhaerentes clementer praecipimus; ut

1-mo: Imposterum Nemini a Religione Catholica ad aliam transgredi liberum Sit nisi qui praevie juxta Superius adductam ordinationem Nostram Instructionem in Spiritu Christianae Charitatis, et mansuetudinis Conferendam in domo quadam Religiosa per sex Hebdomadarum Spatium recepisset, atque Semet legitimis authenticis Sacerdotis Catholici instructionem hanc impertientis et Religiosae illius Domus Superioris Testimoniis eatenus legitimare posset; quem infinem.

2-do: Omnibus & Singulis Achatolicis Ministris Sub Severissima in Contraventuros ferenda animadversione hisce Serio interdiciamus ne absque praevia ejusmodi legitimatione quempiam a Catholica Religione ad aliam transeuntem in suum Cae-tum assumere eo minus Communionem aut alia Ritus sui Sacramenta administrare praesumat et quia.

3-to: Haec Instructio praedecarata modalitate obtinenda apud Valachos ad Schisma deficientes partim ob majorem quo apostasiae ejusmodi evenire assolent deficientium Numerum Partim ob Domor' Religiosarum defectum locum habere nequeat Popas Solum Unitos ad Schisma relabentes Balásfalyám pro Instruktionem assignandos; quoad Caeteros vero Statuendum decrevimus ut ad locum ubi tales ab Unione resiliunt incolae Commorarentur Vir Idoneus Mansuetus, atque a Morum probitate & doctrina Commendabilis per Episcopum Fogarasiensem expediatur qui eos de Fidei Veritatibus per tempus rationabiliter ad id Sufficiens Instruere atque ad respiscendum bonis modis persuadere conabitur & quam ex pari ratione incolae audire atque adhortationibus ejusd. adsistere tenebuntur nullo modo autem sub gravissima Secus ineunda Animadversione molestore aut vexare praesument

4-to: Siquidem et recti Ordinis ratio et Morum disciplinae conservatio, apprime exposcat ne Religionis permutatio aut ad promeritae animadversionis atque Censurae effugium aut obtinendas eo facilius Sive in Causis Matrimonialibus Sive in aliis Ecclesiasticis Negotiis privatos atque minus Congruos fines deserviat, huic tam vos Regium gubernium Nostrum quam medio vestri Subordinatos vobis Tabulas et Magistratus ad exactam Legis Appr. Consti. P. 1-ac Titl. 5. a. 4. observantiam atque ad gerendam cjatenus debitam Superattentionem inviamus, volumus etiam,

5-to: Ut Proles a Religione Catholica deficientium ante eorum defectum Natae et intra annos Discretionis institutae in Religione Catholica educantur; Denique;

6-to Iterato vobis injungimus atque Sub propria responsabilitate vestra jubemus, ut Seductores partim ab ipsis deficientibus rescindi partim vero medio penitioris Investigationis de casu in Casum perquirendi juxta legem & ordinationem tam anteriorum quam recentiorum Nostrar. ductum omni Cum rigore atque Severitate respiciantur.

Quam proinde Benignam Intentionem Nram in praemissis ad omnes Sinistras in posterum ordinationum Nostrar. Interpretationes praecavendas declaratam vos Gubernium Nrum Regium Sparsis per universum M. Trannie Ppatum Circularibus, ad Universos tam Ecclesiasticos. quam Secularium Notitiam in extenso perducere et ubique Locor. publicare facietis atque una tam Eppis Latini & Graeci Ritus quam etiam aliorum Religionum Consistoriis & Vicario Disunitor. pro notitia exacta observantia & ulteriori disponendorum dispositione intimabitis: Et cum e Diversis relationibus Conspectui Nro exhibitis nobis innotuisset Ministrum Reformatum Hidvégiensem Matrem Juvenis Ignati Katona Claudiopolitani; Ministrum Reformatum Ud-

varhelyiensem Samuellem Ordai nec non ejates Procuratores Josephum Hajdu, Joannem Prokaczka, Franciscum Szabó, Franciscum Váradi, Josephum Huszár, Joannem Hajdu, Petrum Kovánkai, ut et Archi Diaconum Reformatum Felvintiensem. Apud Unitos Vero Popám Vasilie Hátzeg et Popám Nyistor, ex Szászváros gravis nituita Seductionis aliorum Suspicionis obnoxios se se reddidisse Hinc auditis de super Utriusque Ritus Eppis ulteriorem ab iisd. repetitis indigationem hacque obtenta et re penes formalem Investigationem in apricum deducta eosd juxta preadductas ordinationes irremissibiliter respicietis, De evento autem intra duor. Mensium Spatium informationem Vestram Nobis submittetis Caeterum neque illud occasione hac dissimulare possumus Quod in Ipsa publicationis Super Sublata a Nobis actione Apostasiae Institutae modalitate in eo ultra quam par erat progressum fuerit, quod ordinatio illa quae ad Solam Tabularum et Magistratum utpote Primarum Instantiarum Notitiam et directionem deservire debuisset majori adhuc uti nobis refertur Cum Solemnitate ac Caeteroquin Consuetum est ubique Populo etiam publicata et per hoc absque omni Seu necessitate Sive utilitate multis incongruis interpretationibus via patefacta exstiterit Cum autem Supponi debeat errori huic tam facile locum esse haud potuisse Si vos desuper Congruar. Circulariam illar. Expeditionem habuissetis reflexionem aut vero Comperta ut primum extensa nimium et per hoc minus adaequata publicatione easdem illico ubique interdixissetis. Hinc. vos ejatemus pro futura in similibus Casibus Cautela hisce Clementer monendos esse duximus Una Vobis significantes quod medio Consillio Aulae Bellici Supraeme nra in M. Tranniae Ppatu Armor. Praefecturae proxime Commissuri Simus ut ead. Vobis ad vram requisitionem Circumstantiis Sic ferentibus promptam illico atque indubitata prebere Noverit assistentiam Quibus in reliqu. Datum Viennae Austriae Die 22-da Maji 1782.

Josephus, m. p. Thadeus B. a. Reischach m. p.
ad mandatum S. C. R. Mattis propr.

1782. Január 16-án kelt a Alexander Horváth
4 v. 6 héti Instructio a
cath. hitről eltérni kívánók részire.

Szenfirás politicaí biblia töredék.

Securius est amari, quam timeri, timoris comes odium est odii foetus periculum: ita Timor pessimus Obedientiae custos est. Celare non possumus, nobis non constare Terminum illum, ad quem patientia nostra vinetos nos tenere poterit. Quid si dolor superior fuerit patientia? A dolore victis non erit spe-



randum aliud, quam a desperatis, quid a desperatis praestolandum erit aliud, quam quod a talibus. Quid si actos in desperationem Populos ultima exulceratio ad fundendum usque humanum sanguinem abripuerit? Uter Deo graviore tenebitur ratione, illene qui penes Justitiam suam prodiit in arenam, vel ille qui ut prodeat cogitur? . . . Laesa Jura sua plerique Populorum armis vindicant . . . Nunc enarratae, et plures Silentio praeteritae mutationes Hungariam non Hungariam, Hungarum non Hungarum inexpectata tristi metamorphosi effecerunt.

Sistimus Hungariam jam quae fuit, quae non est, quae esse deberet Hungariam scilicet illam, quae nunc nomen fert, in ipsa Hungaria quaeres et non invenies, Nova etenim Regiminis facies, Lingua, Fora, Leges, Judices, nova cuncta. Si nomen demas, nil erit antiquum.

Quantumlibet plerosque Principum novis suis Inventis Salutis Subjector provisum ire voluisse, negari nequeat, adsunt tamen exempla populos vel solius Novitatis nomine perterritos, Salutaribus etiam Principum inventionibus cum sui beneficio reluctatos, Solia persaepe Regum loco movisse. Scilicet Nemo felix, nisi qui se talem putet, et sentiat!

Közli **Hodor Károly**.

Az erd. muzeum részére 1880. szeptember havában beküldött adományok jegyzéke.

I. Könyvek: Gr. Teleki Sándortól, Comité français de secours aux inondés de Szegedin. Paris 1879. — Zeidner H. brassai kiadótól, Liederstrass für die sächsischen Volksschulen Siebenbürgens 2-tes Heft. Kronstadt 1880. — Filtsch szebeni nyomdájától, J. Michaelis Erdbeschreibung und Geschichte von Ungarn. Neubearb. von E. Albert Bielz. 2-ter Thl. (Gesch. von Ungarn.) Hermanstadt, 1880. — Closius örököseinek szebeni nyomdájától, Neugeboren, Zwangsgenossenschaften und freie Gewerbe-Kammern. Hermanstadt. 1880. — Réthy Lajos aradi nyomdájától, Állatrendőrök a gazdaságban. Arad. 1880. — Iskolai értesítők 1879/80 isk. évre: a segesvári ev. gymnasiumtól, Schaesburg 1880. — A szászrégeni alrealiskolától, Hermanstadt. 1880. — A kőhalmi ipariskolától, Hermanstadt. 1880. — A beszterezei ipariskolától, Kronstadt. 1880. — A debreczeni ref. tanítóképezdétől, Debreczen. 1880. — A kolozsvári állami tanítóképezdétől, Kolozsvár. 1880. — A m.-vásárhelyi ref. főiskolától, M.-Vásárhely. 1880. — Az aradi állami tanítóképezdétől, Arad. 1880. — A baróti felső népiskolától, Sz-Udvarhely. 1880.

Jelen számunkkal, a mely a szerkesztő távolléte miatt késett, veszik t. olvasóink az 1880-ki évfolyam címlapját és foglalatját.

Nyom. Stein J. erd. muz.-egyt. könyvtárus az ev. ref. főtán. betűivel.